

Dado mori mortē nō hoc nō impedit illud Dado mori presens transactis equiparando
 Quo me cumqz ferat fors data Dado mori Si non transiui: transeo Dado mori



Quod dura premit miseros: conditio vite. Nec mors humano subiacet arbitrio

Mors

Ut apparet multum turbamini
 Cardinalis sed nichillominus
 Post alios mecum sequimini
 Remedium vobis nullatenus
 Habuistis vestras inter manus
 Mundi decus quod statim nil erit
 Morte data seruus sit dominus
 In honore magno sensus perit

Cardinalis

Nil mirum si modo perstupeam
 Ita videns me tam cito captum
 Mors accessit moriar peream
 Nunc video me perstupefactum
 Purpureum lingno vestimentum
 Cum pilleo capaqz rubea
 Jam me tangit cadauer infectum
 Leticie finis mesticia

Mors

Nobilis rex cum vestra corona
 Accedite iam satis fuistis
 Formidatus ab omni person
 Pompis fulgens nunc pauper eritis
 Nec honores hos importabitis
 Ad extremum veniens epamen
 De thesauris nullos habebitis
 Ditiori solum linthear

Rex

Non didisci choream facere
 Tam siluestrem nec odam flebilem
 Imitari. heu quid est agere
 Contra mortem nimis terribilem
 Non respicit personam nobilem
 Genus forma et queque veniunt
 In hoc mundo nil sunt apud illam
 Omnes anis finaliter fiunt